

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Principis clementia. Emblema CXLIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

mus damnatis, nunc quoniam præter æquum multa concessi ciuitatis expilatoribus, honore dignum iudicatis. Hoc igitur honore delato, plus mihi dedecoris afferri puto, quam damnato ac multato irrogastis. Norat vir ille quibus artibus fieri possit graciosus apud populum, nisi maluisset iustus esse quam plausibilis. De Claudio Cæsare fertur, eum sic adamasse Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, vt eos non solum amplissimis præmijs, verum

Claudius
Cæsar.

etiam quæstorij prætorijq; ornamentis decreto senatus ornari libenter passus sit. Adhæc tantum rapere & acquirere permisit, vt illi quærenti de fisci exiguitate, quidam non absurdè dixerit, abundatum fiscum, si à duobus libertis in consortium reciperetur. Hos Plinius fatetur & Crasso fuisse ditiores. Hem, illæ spongiæ exprimentæ erant. At nunc Principis experiamur clementiam.

Principis clementia.

EMBLEMA CXLIX.



VESPARYM quod nulla vnquam rex spicula figet,
Quodq; alijs duplo corpore maior erit;
Arguet imperium clemens moderataq; regna,
Sanctaq; indicibus credita inra bonis.

COM-

COMMENTARIJ.

I. CIRCA alueum, in quo apes mellificant, ipsæ auiculæ frequentes volant, inter quas vna cæteris duplo maior obseruatur, quæ regem in earum republica representat.

II. VESPARVM vocabulum pro apû nomine hic sumi καταχρηστικώς docti quidam homines conijciunt. Alij non minus eruditi citra figuram id scribi arguunt. Orus Apollo lib. 1. Hieroglyph. ait. Populum regi obsequentem significare volentes, apes pingunt: solum enim illæ ex animalibus regem habent, quem reliqua apium mulitudo consequitur, ac illi parat, quemadmodum regi homines. Cætera sunt lacera in Græco, nec legi possunt. Apum hæc natura est, vt quem sequantur, Principem habeant alijs procetorem, & quasi honore potorem, qui quanquam imperium in alias habeat, aculeo tamen caret. Quod histestatur verbis Basiliius homil. 8. in Hexæmeron: ἰσὶ κληθῆναι τῶ βασιλεὶ μελισσῶν, ἀλλ' ἔχουσι τὸ τέταρτον πρὸς ἀμυναν. νόμοι τινὲς εἰσὶν ἔτσι τῆς οὐσίας ἀγροφῶν, ἀργὸς εἶναι πρὸς τιμωρίαν ἅς τῶν μελισσῶν δυνατείαν ἐπιβαίνοντας. id est: Regi apum aculeus est, sed eo ad ulciscendum non utitur. Sunt hæc natura leges non scriptæ, vt quisque maxima est potentia peditus, ita tardum ad puniendum esse oportere. Hæc Basil. Eadem ferè retulit D. Ambros. Hexæmer. lib. 5. cap. 10. Ælian. histor. animal. 1. & 5. Dio Chrysostom. Orat. de regno 4. Sed audiamus Principem Stoicorû Senecam. Sic enim lib. De clementia, cap. 19. Maiorem potestatem non oportet esse noxiam, si ad naturæ legem componitur. Natura enim commenta est regem, quod ex alijs animâibus licet cognoscere, & ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est, medioque ac tutissimo loco. Et ibid. Præterea insignis regi forma est, dissimilisque cæteris, tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamen maximè distinguitur. Iracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt: Rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec saxum esse, nec vltionem magno constaturam petere, telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplum hoc magnis Regibus in gens est. Est enim illi mos exercere se in

paruis, & ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominum moderatior animus esse debeat, quanto vehementius nocet. Vtinam quidem eadem homini lex esset, & ira cum telo suo frangeretur, nec sapius liceret nocere quàm semel, nec alienis viribus exercere odia. Hæc ille. Idem fermè habet Plauto Dialogo de regno: talem enim ciuitatibus regem optat, qualis inter apum examina rex nascitur, vt & corpore, & animi dotibus sit insignior & præstantior. Vide plura de apibus apud Virgilium 4. Georg. Plinium Nat. histor. lib. 11. c. 16. & 17.

VESPARVM] vel apum potius. De apibus autem loqui hic Alciatum notius est, quàm vt argumentis indigeat. tum quia vespæ immundæ sunt & carniuoræ, tum præcipuè quia regem non habent, vt autor est idem Plinius lib. eod. cap. 21. Vfus est igitur Autor Catachresi tropo, de quo Quintilianus lib. 8. cap. vlt. Solent, inquit, Poetæ abusuè etiam in his rebus, quibus nomina sua sunt, vicinis potius vti, quod rarum in prosa est. Nihilominus cum me refero ad cap. 15. lib. 5. Æliani de anim. id propriè, & sine Catachresi dictum video: nisi hoc nomine Vesparum, al ludere tacitè velit hic noster ad Vespasianos, Flauium & Titum, laudatissimos principes, de quibus Suetonius & Tacitus.

Nulla unquam rex spicula] quia aculeo caret: vel si habet, eo nõ utitur. Plinius lib. 11. c. 17. loquens de apibus: Non constat, inquit, inter autores, rex nullumnè solus habeat aculeum, maiestate tantum armatus: au dederit eum quidem natura, sed eius vsum illi tantum negauerit. Illud constat, imperatorem aculeo non vti.

Duplo corpore maior] Testatur hoc idem Plinius libro citato, cap. 16. vbi ait, regem apum duplo quàm cæteræ esse maiorem.

Arguet] ostendet, significabit.

Imperium clemens] regis aut principis clementiam.

Credita iura] commissam iurisdictionem.

Iudicibus bonis] æquis magistratibus. Ait Iurisc. Parum est in ciuitate iura esse, nisi sint qui ea possint reddere, l. 2. §. post originem, ff. de orig. iur. At quidem bonus princeps similes sui iuridicos & magistra-

III. Vespæ pro apibus abusuè.

Similis simili gaudet.

Apum natura.



tus amplexatur, vt simile simili gaudet: alioqui non caret culpa, qui hominum improborum opera vitur, ait Iurifconsultus Exemplum in Alexandro Severo apud Lampridiū; in Cocceio Nerua, apud Auzel. Victori; idem in Traiano, & in Theodosio: Sagax, multumq; diligēs ad cognoscenda maiorum gesta: è quibus non desinebat excelsari quorū facta superba, crudelia libertati infesta legerat, vt Cinnā, Mariū, Sullamq; atq; vniuersos dominantū, &c. Bene Claud. 2. de laudibus Stiliconis:

---nda te gurges corruptior ausi
Traxit ad exemp'um: quod iam firmauerat omne

Crimen, & in legē rapiendi vertor at vsurp.
& postea:

---non obruta virtus
Paupertate latet, lectos ex omnibus oris
Euehis, & nunquā meriti cunabula quaris;
Et qualis, non vnde satus, sub testē benigno
Viuitur, egregios inuitant premia mores.
Magnificē Plinius panegyrico: Per magnū, quod te ab omni contagione victorum reprimis, ac reuocas: sed magnificētius, quod tuos. Quāto enim magis arduum est alios præstare, quā se, tantō laudabilius quod eum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. Tu amicos ex optimis legis, & hercule equum est esse eos charissimos bono principi, qui inuisi malo fuerūt.

IV.
Clementia vera
Principis
virtus.

PRINCIPI optimo hoc symbolum propositum est, vt inter alias virtutes, quibus opus habet ad suæ Reipublicæ administrationē, nihil animi moderatōne habeat antiquius. Etenim eius auctoritas & agendi facultas, etiam si maior sit quam in aliis, minimē tamē scire debet, usq; quibus præest, terrificum se præbere. Nam inter virtutes alias, quæ Principem maximē deceāt, clemētia est. M. Antonius, qui Philosophi cognomen esse dicebat, quod Imperatorem Romanum magis deceret, quā clemētiā: eamq; ob causam neq; in rebelles suos seuitum voluit. Rectē apud Claudianum Theodosius Honorio filio salubre hoc consilium ingerit:

Sis pius in primis: nā cū vincamur in omni
Munere, sola Deos aequat clemētia nobis.
Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.

Sed piger ad poenas princeps, ad premia velox:

Quiq; dolet, quoties cogitur esse serox.

Compertum est Cæsarem Iulium Deorū Iulij Cæ- numero ascriptum, quod clemēs ac placabilis in eos fuerit, à quibus iniuriam bellis ciuilibus acceperat. Eadem virtus Augustum consecrauit: Pii cognomen dedit, aliosq; permultos immortalitate donauit. Pyrrhi Epirotæ laudatur animi moderatio, qui iuuenes, à quibus inter pocula irrisus erat, & conuicijs impetitus, illesos abire sinit, cum vnus ex ijs respondisset, id vini causa contigisse. Celebratur eò plus Augustus Cæsar, cuius gratia cum Senatus ijs adempturus esset ius testandi, qui cum contumeliosis & probris affectissent, nō est passus id decerni, vt est apud Suetoniū. Eam ipsam parientiā initio imperij finxisse Tiberium, testis est Cornelius Tacitus. Nam libellos famosos & dicta in se mordacia dissimulauit, eorumque auctores ad cognitionem vocari noluit. Vsurpabat enim illud sepenumerō: In libera ciuitate liberatæ etiam lingua esse debere: & si quando hæc aperta fenestra esset, nullas alias in Senatu fore lites, & accusandi occasiones. Magas Poeta quidā in Iudis publicis Philemonem perstrinxerat. Is cum venisset in Philemonis potestātē, statim ministro cuidam Philemon præcepit aperta voce, vt maledico caput gladio amputaret: sed clam, vt nudo ente ceruices attingeret, moxque vt eum illesum abire suerit, etique daret nuces, talos, pilam, & alia quædam ludicra. Quibus ille Princeps aperte ind. cabat, se aculeum quidem habere, sed eo vti minime velle: deq; potentie male dicere, magis esse puerorū quā vitiorum. Eam regiam virtutem vt actionibus alijs permultis certē heroicis, sic rescripto egregiē probauit Theodosius, Arcadius, & Honorius, cuius rescripti ad Rufinum hæc est formula: Si opprobrium ex leuitate processerit, negligendū: si ex furore & infamia, condolendum: si ab iniuria, remittendum, l. vn. C. si quis Imp. maled. Quod postremum verbum etsi Accursius Intelle- ibi, & Aymo Crauetta Consil. 6. num. 71. & al. jta accipiunt, vt iniuriosus eiusmodi obrecta: or ad ipsummet Imperatorem remittendus sit: ne ab ordinario iudice loci, vel pro verbis durius ille plectatur, vel ob poenam forsā molliorem occaso alijs præbeatur imperator. am maiestatem contemnendi: sed potius vt ipse, qui laesus fuit Imperator, de hoc etiam statuat. Magis tamen est

est, vt, quod Cuiacius & Menochius, duo illa theoriae & praxis lumina, recte putarunt, verbū illud *remittendum*, perinde interpretetur, atq; condonandum, vel nullam rationem illius maledictiā habendā esse. Cuiacius in parati. C. cod. Menochius de arbitrar. quaest. iudic. cent. 4. casu 377. num. 9. Et quidem hanc verbi huius *remittendi* genuinam significationem esse Ictus docet in Lomne delictum. § per vinum. ff. de re milit. Et in promptu sunt cū Imperatorum, tum Regum & Principum exempla illustria. In primis verò celebre est illud Dauidis, impunitatem Semei homini sceleratissimo promittētis. 1. Samuel. 19. Sic Antigonus, Rex Asiae audiens à militibus conuicia in se iactari, qui eum abesse putabant, patefacto virga tentorio. Flebitis, inquit, nisi longius remoti posthac male nobis dicetis. Antisthenes Philosophus apud Laetium ait: Regium esse, male audire, cum bene feceris. quod tamē dictum e tam Alexandro Magno quidam tribunt: quemadmodum & patrem illius Philippū eodem fere sensu dixisse ferunt, Principum esse bene & male audire. Nec obliuenda, sed potius aureis literis consignanda videtur Titi apud Xiphilinum sententia: Nemo, inquit, me iniuria afficere, aut insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur: ea verò, quae falsò de me dicuntur, prorsus negligo. Nam vt Seneca dicebat, magnanimi est proprium, placidum esse tranquillūq; & iniurias atq; offensiones semper despiciere. Occurrunt porò insignia exempla clementiae apud Suetoniū, quae quia longè plura sunt, haec duntaxat ex Vespasiano. Offensarū inimicitiarūq; minime memor, executorū, Vitellij, hostis filiam splendidissimè maritauit, dorauique etiam & instruxit &c. Non temerè quis insons punitus reperitur, nisi absente eò & ignato, aut certè inuito atque decepto. Heluidium Priscum, quamuis relegatum primò, deinde & interfici iustum, magni aestimauit seruare quoquo modo, missis qui percussores reuocaret; & seruasset, nisi iam perisē falsò nunciatum esset. Caeterum neq; de cuiusquam vniquam lætatus, iustus supplicij illacrimauit etiam & ingenuit. Idem in Tito sic: Pontificatū maximū ideo se professus accipere, vt puas seruaret manus: fidem præstitit, nec ab

thor posthac cuiusquā necis, nec cōscijs, quamuis interdum vlciscendi causa nō de esset, sed periturum se potius, quam perditurum adiurans. &c. Ammianus verò Marcellinus ad finem 21. lib. cum alijs comparans Imperatorem Constantium, ait immanitatem facile superasse Caligulae, Domitiani, Commodi, & id vnum egisse maximè, vt quamquam seuissimus esset, iustus tamen veller & clemens aestimari; quique ex minimis causis malorū congeries excitabat, dissimilis Marci illius, principis verè cundi, qui cum ad Imperiale culmē in Syria Cassius surrexisset, epistolarum fascem ab eo ad consocios missum perlatore caprosibi oblatum, illicò signatum exuri præcepit, agens adhuc in Illyrico, ne insidiatoribus cognitis inuitus, habere quosdam posset infensos; vtq; rectè quidam sentientes arbitrantur, virtutis erat potius indicium magnae, Imperio eundem comitantium sine cruore cessisse, quàm vindicasse tam inclementer: vt Tullius quoq; docet, crudelitatis inerepans Casarem in quadam ad Nepotem epistola: Neq; enim quicquam aliud est felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas, vel vt alio modo definiam: Felicitas est fortuna, adiutrix consiliorum bonorum; quibus qui non vitur, foelix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis impijsq; consilijs, quibus Caesar vsus erat, nulla potuit esse felicitas: felicitiorq; meo iudicio Camillus exulans, quàm tena poribus iisdem Manhus, etiam id quod cupierat regnare potuisset. Id Ephesus quoq; Heraclitus adserens mon. t. & ab inerbibus & ignauis, euentus varia te fortuna, superatos aliquoties viros fuisse prestātes. Illud verò enunere inter præcipuas laudes, cum potestas in gradu, velut sub iugum missa nocēdi, seu iudicij seueritate, & irascēdi, in arce victoris animi trophēū erexit gloriosum. Haecenus Ammianus. Addam etiam ex eiusdem 30. libro, vituperationem sanè acerrimam Valentiniani Imperatoris: Nonnunquam et am clementiae speciem præ se tulit, cum esset in acerbitate naturae calore propensior, oblitus profectò quodd regenti imperiū omnia nimia, velut prærupti scopuli, sunt deuiciāda. Nec enim vquam reperitur miti coactione contentus, sed aliquoties questiones multiplicari iussisse cruentas, post interrogationes sinectas nonnullis ad vsque discrimina

Maledictia non curata.

Dauid.
Antigonus.

Antisthenes.

Alexander Magnus.
Philippus.
Titus.

Vespasiani & Titi filij clementis animi.

Felicitas quid.

Valentiniani vni clementia.

*Artaxer-
xis ani-
mus mo-
deratus.*

*Lenitas
principū
afflicti
status so-
latium.*

vitæ vexatis. Et ita erat effusor ad nocendum, ut nullum aliquando damnatorum capitis erigeret morte subscriptionis elogio leui, cum id etiam principes interdum fecerint fauissimi. Atqui potuit exempla multa contueri maiorum, & imitari peregrina atq; interna humanitatis & pietatis, quas sapientes consanguineas virtutes esse definiunt: è quibus hæc poni sufficit. Artaxerxes Persarum ille rex sapientissimus, quem Macrochira membri vnus longitudo commemorauit, suppliciorum varietates, quas natio semper cruda exercuit, lenitate gemina castigat, tias ad vicem capitam quibusdam noxiis amputabat: & ne se caret aures more regio pro delictis, ex galeis sili pendencia præcidebat: quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fecit & verendum, ut admittentibus cunctis multos & mirabiles actus impleter Grecis scriptoribus celebratos. Prænestino Prætor, qui bello quodam Samnitico properare iussus, ad præsidium venerat legnium, ad crimen dilucendum exhibitio, Papyrius Censor ea tempestate dictator, securem per listorem expediti, homineq; abiecta se putandi fiducia stupefacto, visum propè fructem iussit abscidi: hocque ioci genere castigatum eum absoluit, non ideo contemptus, sed ad resistendum par Alexandro magno, si calcasset Italiam, æstimatus. Hæc forsitan Valentinianus ignorans, minimeq; reputans afflicti solatia status semper esse lenitudinem principum, penas per ignes atque gladios: quod vltimum in aduersis rebus remediū pietas reperit maiorum, ut Isocratis memorat pulchritudo: cuius vox est perpetua docētis ignoscere debere interdum armis superato rectori, quæ iustum quid sit ignorant. Vnde morum existimo Tullium præclare pronunciasse, cum defenderet Oppium: Etenim multum posse ad salutem alterius, honori multum: parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit. Et hæc ille hæcenus, tantò quidem libentius in eo sermone certè præclaro exspatiatus, quàm agrè commemoraret multorum principum Romanorum nimitiam sequitiam ad sua vsq; tempora impune grafsantem. Quia verò de conuictis & probis in principes non nihil diximus in prima nostra cōmentatione, placet atterere nonnulla ex Tacito, quæ ad id faciant, sic enim ille oratione Cretumij Cordi a-

puđ Imperatore Tiberium accusati, quod *Locus Ta*
editis Annalibus, laudatoque M. Bruto, C. *citi de*
Cassium vltimum Romanorum dixisset. Tiberio
Marci Ciceronis libro, inquit ille, quo Ca- *conuictis*
tonem celo æquauit, quid aliud dictator non cu-
Cesar quàm rescripta oratione, velut apud *rante.*
iudices, respondit? Antonij epistolæ, Bruti
conciones, falsa quidem in Augustum pro-
bra, sed multa cum acerbitate habent: Car-
mina Bibaculi & Catulli reserta contume-
lijs Caesarum leguntur, sed ipse D. Iulius,
ipse D. Augustus & tulere ista, & relique-
re, haud facile dixerim moderatione mag-
gis, an sapientia: namq; sprete exolescunt;
si iurare, agnita videntur. Nos multa ex
Seneca transi. Èta ducimus, tot enim penè
sententiæ & decreta leguntur apud eundè,
quot verba: satis habemus hunc conuicta
rium claudere oraculo imperiali: Nihil tā
peculiare esse imperatorij maiestati, quàm
humanitatem, per quam solam Dei serua-
tur imitatio. Nec arbitror aham fuisse mē-
tem Seueri, qui nummo quodam suo simu-
lachrum mulieris leoni exporrectu infidē-
tis, altera manu hastam terq; affixam tenē-
tis, altera fulmen abijcientis ostentauit, ut
clementiam insinaret: Nam, & eius id in-
scriptio declarat, IN DV LGENTIA
AVG. IN. CA. R. Igitur, ut dictum
est, peculiaris imperiali maiestati est huma-
nitas, per quam solam Dei seruat imita-
tio. I. Imperialis, 23. C. de nupt. Auchen. vt
iudic. fin. quoq; suffrag. Bene & Sapienter
Xenophō, quo loco ait: *ἀπορτας ἀγαθὸς*
& διακρίσει πατρίαν ἀγαθὸν. Memini-
mus alioqui patris patriæ nomen tribu-
bonis principibus, vsurpatum etiam ambi-
tiosè ab improbis; meminit Corn. Tacit. 2.
Annal. Id magnificè declarat Seneca 1. de
clementia: Hoc quod parenti, principi fa-
ciendum est, quem appellamus patrem pa-
triæ: Certè & si cognomina data sint, ma-
gnos, & felices, & Augustos dicimus: & am-
bitiosa maiestati quicquid potuimus titu-
lorum concessimus: Patrem patriæ appel-
lamus, vt sciret datam sibi potestatem pa-
triam, quæ est temperatissima, liberis con-
sulens, suaq; post illos reponens. Hæc ille.
Et eodem elogio à Petris donatum Cyrum
legimus. Iustinian. Nouell. 7. *ἕως ἀπορ-
της τῶν βασιλέων ὡς ἀν πατρίαν υἱόν.*
Quid plura? & T. Lilius ait, Imperatores
esse debere parentum loco. Martialis ad-
blandiens Domitiano:

*Seueri nū-
m.*

*Principi
pater pa-
triæ.*

Ta

Tu verus patria diceris esse pater.
Plura de Clementia habes apud Baptist.
Fulgosi lib. 5. quibus adde, quæ eleganter
de hac materia, & copiosè scripta reliquit
Lucas de Penna in l. placet. 8. C. de excuf.

muner. lib. 10. l. duos. 13. C. de susce. pre-
pos. & arcar. eod. lib. in l. his quidem. 5. C.
qui militar. poss. vel non. lib. 12. nobis enim
nunc curæ est *Salus publica*.

Salus publica.

EMBLEMA C L.



PHŒBIGENA erectis Epidaurius insidet aris,
Mitis, & immani conditur angue Deus.
Accurrunt aegri, veniatq; salutifer orant.
Annuit, atq; ratas efficit ille preces.

COMMENTARI.

- I. **I**n ara erectus stat sinuosus serpens, cor-
ram quo plures in genua procumbunt,
& adorantium gestum supplices reformant.
II. **Æ**SCVLAPIVS insignis Medicus,
Dianæ precibus Hippolytum ab equis di-
scerptum in vitam reuocauit. Quare fer-
tur Iupiter iratus ob inuentam artem, qua *Deus est*
homines in vitam reuocari possent, reper-
habitus.
torem artis fulmine percussit. Post mor-
tem Deus est habitus, & sub serpentis ima-
gine diuinis honoribus affectus. Tali cul-
tus effigie Romam graui pestilentia labo-
rantem